Mazarin
2743

Les Pensees D'vn Grand Poete

RARE BOOK
COLLECTION

THE LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
NORTH CAROLINA
AT
CHAPEL HILL

Mazarin
2743

UNIVERSITY OF N.C. AT CHAPEL HILL
00023007470

743

LES PENSEES D'VN GRAND POETE,

SVR LES AFFAIRES DV TEMPS.

INduit ex templò varios gens gallica vultus;
Subdita ΔΩΡΟΘΕΟΥ, nocturnos anxia raptus
Deflet, germanum & Regi teſtatur amorem.
Altera, tanquam Hoſtis, gaudet quod Rege remoto
Prędaque ſit Regnum, nummi portentur ad extra,
Inuadat noſtros fines Hiſpanus, & Omne
Nunc Itali exportent argenti pondus & auri,
Et non mirandum, Peregrina ignotaque nobis
Ad ſcelus atque nefas QVODCVMQVE eſt purpura ducit
Gallorum POPVLVS LACHRIMANDO', acerrimus armis,
His, Regis Rapti pereuntia Iura tuetur
Nec patitur longæ Pacis mala, Namque Senatus
Nouit quod FACILE EST, IMPVEI imponere Regi.
Sed quos præcipitat ſubiecta potentia magnæ
Inuidiæ, mergit longua atque inſignis honorum
Pagina, ſunt petulanti, horrendum, ſplene cachinno:
Vincant Diuitiæ, nihil eſt audacius illis;
O Nummi indebitum vobis hunc præſtamus honorem,
Vos eſtis fratres, Sancto nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis,
Omne in præcipiti vitium ſtetit, & nimis vncis
Naribus indulgent, hęc ſecum talia dicunt,

2743

Quis nunc diligitur niſi conſcius, Obmuteſcunt.
At quorum lachrymæ vultum corpuſque rigarunt
Cum videant Lodoicum proditione carentem
Non omni, (quæ nam ſaluis fiducia nummis)
Hæc flendo ſecum ; quid prodeſt ſanguine longo
Cenſeri, & pictos Maiorum oſtendere vultus;
Hinc iram atque animos à tali ſemine Princeps
Sumit, & ancipiti nihil eſt audacius illo,
Et cum laudatur non poſſit credere de ſe;
Sed caueat, nam nil violentius aure Tyranni:
Nobilitas ſola eſt prudentia & integra virtus:
Quæ patet in patriam, cum ortum ſibi vendicet omnem
Riſu perpetuo pulmonem agitare parantur
plures, quod faſces, Lectica, Tribunal in vrbe
Noſtrâ non fuerint, nec præcedentia longi
Agminis officia, atque Itali Tabarina ſuperbi;
Non que Duces adſint, non molles Belligeroſi,
Non Gladiatores, nec plures Sardanapali,
Non Mactatores, nec turmæ Sandapilarum,
Fortem animum dantes rebus quas turpiter audent,
Ignari penitus, quod Maxima ſemita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ,
Nullum numen adeſt quin ſit prudentia, ſed te
Nunc faciunt fortuna Deam, cœloque locarunt
Vos ô Iuſtitiâ moniti non temnere Diuos,
Flete ſinus veſtros lachyrmis implete ſubortis;
Cum videant ſerui Dominos, ceruice relictâ,
In corum atque Eurum (ſancto mandante Senatu:)
Arma ferat vobis ſcelerum Rhamnuſia vindex;
quandoquidem data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.
Nam ad generum Cereris ſine cæde & vulnere Pauci
Deſcendunt fures, & ſiccâ morte Tyranni.
Sunt Sangermanici, qui fortes & generoſi,
Deque ſatellitibus, ſimul & de plebe togatâ;
Hæc ſecum læti qui talia corde loquuntur:
Audendum eſt aliquid cruciatu, & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid, probitas laudatur & alget.

RBC;INcl.

Sic Italus ſummos nimioſque optauit honores;
Et magnas exegit opes, numeroſa parauit
Excelſæ Turris tabulata, Domumque ſuperbam;
Quid nos antiqua non Nobilitate Minores?
Aſt Heracletici Iuſto cum examine legum
Qui omnia Decernunt tanquam Diuina, dolent, quod,
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum,
Aulaque Regalis ſeruis eſt plena ſuperbis.
Contra qui gaudent, verſu hoc nituntur iniquo;
Terra malos homines nunc educat atque puſillos
Et Rabie preſſi; Patriæ hæc tam dira precantur;
Adſint bella, fames, peſtis, molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur,
Quid non & nobis, ſuperum qui tenuimus arma?
Arguit hæc diuino corde Senatus & viget
Doctior, hęc non ſunt naturæ vitia, vobis
Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu
Diuitiæ molles; ſicut & grex totus in agris
Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci.
Sic vos, ô Duces, famam; cenſuſque parentum
Fregit magna viros inter concordia molles.
Diſcite nunc, Proceres, animam præferre pudori,
Nec propter gemmas viuendi perdere cauſam.
Nam omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto Maior qui peccat habetur
Rarus enim fermè ſenſus comunis in illo
Diſſidio, miſerum eſt aliorum incumbere famę;
Et collapſa, ruunt ſubductis tecta columnis:
Nulla in muneribus fiducia ſęuuſque Miniſter
Seruis dona dedit, captiuis ſceptra, triumphos;
Fronti nulla fides, prauæ ne credite menti.
Illius in vires & pectora vertito ferrum,
Sternere qui telis Regnum, Populoſque peroptat.
Extemplò, Sangermanicæ ſoluuntur frigore membra
Turmæ, nec medio inter attonita fata dolore eſt
Quiſque ſuum tentat pectus, ſecumque reuoluit,

Quod mare nunc, terraſque minis, cælumque fatigat
Iniuſtè, indigenas, viduas, iuueneſque, ſeneſque,
Opprimit, & cogitat quod bella cruenta parantur
Vnius hoſpitio, multis cui feruida mens eſt
Criminibus, vitiis, quorum ſi nomina quęras,
promptius expediam quot villas poſſideat nunc,
Quot nummos habeat, patriam qui vendidit olim.
Dum hæc Sangermanicæ turmæ crucianda videntur
Quamuis dona potens acceperit, hęc ob occellos
Crœſum & Alexandrum ponit, fortemque Cethegum,
Ac Priamum, quem vox iuſti facunda Solonis
Reſpicere ad longè iuſſit ſpatia vltima vitæ:
Hunc Marchionem, Regem Anglorum quem citò mortis
Abſtulit Atra Dies, & ſanâ mente veretur,
Quin lachrymas iuſtè riſus trahat, vltio fiat
Acrior, huius enim rari ſummique voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta ſuperbo eſt.
Plus aloës quam mellis habet, crimenque fatetur
Quodque diu & noctu patrauerat iſte Miniſter.
Illius hinc finem, Æquo decernente Senatu,
Optante & Populo, meditatur Regia Turba
Exultans, clamat, pueris nunc ludus adeſto:
Has toties Optata exegit gloria pænas
Tu, Deus, ex alto qui proſpicis omnia cælo,
perſpicuuiſque vides ſit quanta ruina tuorum,
Conſule militibus ſacris, & conſule templis
His Ducibus prohibe ne bella cruenta gerantur,
Fac vt ſint pietàte graues, & lumina pacis,
Infer Te Medium, Regem concede petenti,
E Cælis amboſque iube diſcedere ab armis,
Coge Domum Armipotens, nunc alter & alter vt intret,
(Extincto monſtro) victor ſe iactet vterque
Victorem ad gallos rediiſſe Optante Senatu.

A Paris, Chez PIEERRE DV PONT, *au Mont S. Hilaire, ruë d'Eſcoſſe 1649.*